

**Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1611**

De Ignominiosa nuditate virtutum, quæ est in sæculo. Cap. viij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

Indic. 18.  
31.

1. Cor. 8. 4.

Gen. 31.  
30.Psal. 113.  
1.Eccles. 5.  
4.

Ibid.

Gregor.  
Iom. 32.  
in Euang.

Isa. 5. 8.

1. Cor. 3.  
19.  
Iob. 5. 13.  
Psal. 93.  
11.Psal. 106.  
10.  
Bern. ser.  
s. m. vig.  
nati. Dom.

hostem tamquam fidem amicum sequuntur, qui eos, non in Samariam inferat, sed in gehennam locum tormentorum detrudat.

Quo tempore non erat Rex in Israël: sed vñus quisque, quod sibi videbatur, faciebat.] Michas stultus erat, & insipiens, qui Teraphim colebat, id est, Idolum adorabat, quod nihil est, vt inquit Paulus. At hoc nihil sibi farto sublatum esse peruidit, & Idoli absentiam defes, vocibus & gemitibus totam regionem impleuit. Verum insipientiores sunt peccatores, qui non vanum Idolum: sed verum Deum, qui cœlum, & terram implet, criminibus sublatum sibi non lugent, neque eius absentiam incredibilem, vtique calamitatem non sentiunt. Laban quoque stultus erat, & tamen fallorum Deorum iacturam dolens, qui nō sunt dij. generum itinere septem diecum inseguitur, vt Deos suos recuperet, qui oculos habent, & non vident, pedes, & non ambulant, nec clamat in gutture suo.] Sed quanto stultiores mundani, qui omnipotens Dei iacturam non dolent, cuius oculis illuminantur, voce erudiuntur, manu potenti sustinentur, neque vt illum inueniant, atque possideant, vsque ad se ipsos properare festinat. Vere stulti, qui eternam damnationem incurvant, gratiam perdunt, charitatem amittunt, virtutes dilapidant, felicitatem perpetuum duraturam consumunt: & leti, atque h. lates dicunt: Peccavi, & quid mihi accedit triste?] Quasi non esset miserissimum tantis malis se subdidisse, & tanta bona dilapidaisse. Quasi altissimus non esset patiens redditor. Quasi non esset verum, quod misericordia, & ira ab illo citò proximata, & in peccatores respicit ita illius.] Vere stulti, quos dæmones excitant, sicut Philistæ ducem inclytum Samson, & sicut Chaldei Sedechiam exercarunt, vt nec ignominiosam occupationem mouendi molam tam inutilium laborum aspiciant, nec ingressum in Babyloniam confusione aduerterant.

Non sane quid homines sciant à mundo erudit. Sciant sua retinere (vt inquit Gregorius) aliena rapere, si possunt, concupiscere, si non possunt. Sciant sibi ipsis superbè confidere, ceteros vero contemperare, & aspernari. Sciant vacare gula, indulgere vino, operam nauare luxurie, sciant aurum, & argentum querere, vestes pretiosas, & delicatas inquirere, & vt est apud Iasiam, agrum agro copulare vsque ad terminum loci, ac si soli in medio terra essent habitaturi. Sciant inimicities exercere, similitates souere, innocentiam à se, simplicitatem, & fratrum charitatem ablegare. Sciant pro rebus vilissimis, pro primis sedibus, pro honorificis titulis, pro honoribus, & dignitatibus, vsque ad sanguinem decertare. Sed hoc teire, nefare est. Hac omnia fatutas, insertia, & ignorantia sunt. Quoniam sapientia huius mundi, & utilitas est apud Deum. Scriptum est enim: Comprehendam sapientes in astutia eorum. ] Et iterum: Dominus nouit cogitationes sapientum quoniam vanæ sunt. ] Non ergo habebas, o anima, qui te in sœculo sale sapientie condirest, vt solidateris, & virtutibus perficerestis, sed vt insipientior efficeretis, qui te errorum, atque ignorantis condimento fæderet.

Certe sapientia, & diuina legis cognitione, illa præfertim, quæ ad praxim dirigitur, & sal est, & lux est. Sal, quia à corruptione seruat, & putredinem vitiorum auerit, & lux, quia falsas mundi opiniones pellet, & noticia diuinorum mædatorum illuminat. Sed nos, dum in sœculo vitam egimus, non in luce, sed in profunda caligine verbabamur, sedentes in tenebris, & in umbra mortis, vinclis in mendicitate, & ferro. ] An non cuique nostrum (inquit Bernardus)

A caliginosa nox erat, cum tamquam sine Deo in hoc sæculo viueremus, cum ambularemus post cōcupiscentias nostras, cum sectaremur carnis illecebras, cum obtemperaremus desideriis sacerularibus, cum exhiberemus membra nostra arma iniquitatis peccato, cum seruiremus iniquitati ad iniquitatem, in quibus nunc erubescimus, tamquam operibus tenebrarum. Qui dormiunt enim nocte dormiunt (Apostolus ait) & qui ebri sunt, nocte ebri sunt. ] Hæc Bernardus, Dicamus igitur nunc, quod in malo perseverantes postmodum dicturi sunt: Errauimus à via veritatis & iustitiae lumen non luxit nobis, & sol intelligentia non est ortus nobis. ] Die, & tu, o anima religiosa, Errauis sic ut ouis, quæ perit, ] & dum te errasse & ignorasse in sœculo confiteris, manifeste dicis, te sale non fuisse salitam, nec scientia sapore fuisse conditam.

54

1. Thes.  
5.7.Sapient. 5.  
6. 3.Psal. 113.  
176.

*De ignominiosa nuditate virtutum,  
qua est in sæculo.*

C A P T V I I I .

**V**i in tenebris ambulat, & in mediis noctibus suas actiones efficiunt, nihil curat, si nudus, & vestibus spoliati incedat, aut si à quopiam sine debito cultu corporis videantur. Nox enim ipsa pro vestimento est, & tenebre locum tegumenti obtinunt, dum eorum, qui astant, a spediu impediunt. Lux vero minimè nuditatem permittit, quæ omnia detegens, & oculis præsentium obiiciens, nos tagit verecūdia, vt & corpora nostra operiamus, & pro ratione status, aut dignitatis decenter induit ambulemus. Hoc insinuavit Paulus Romanis Christi Salvatoris aduentum annuntians. Nox præcessit (ait) dies autem appropinquauit: abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die, honestè ambulemus Illos, & nos admonens, vt si in nocte culpa, vel infidelitas, humana genus quasi nudum, ac minus honestum incedebat: iam in die fidei & gratie, & splendidi operimenti indutum, & vt diem splendidissimum, & omnibus conspicuum decet, honestum, & decorum appareat. Diei namque (vt notauit Beatus Thomas) duo videntur congruere, honestas, & labor: honestas, vt quisque studiat se componere, vt alius honestius se offerat: labor autem, ne otio torpē iaceat, sed erectus, & strenuus ambulet, & aliquid suę saluti necessarium operetur. Cum ergo sæculum nox quadam sit (vt testatur Ambrosius) & sane nimis tetra, & obscura, cui verdictum est, lux sapientia deficit, hinc ortam habet aliud malum facilius, quod mundani in eo tamquam in nocte, nudi, & spoliati indumentis incendant. Quare Dominus illis verbis, quæ anima mundana dixit: Neque sale es salita, ista sequentia adicit: Neque involuta pannis. ] Ac si exprobareret illi, cum in nocte mundi sapientia lux tibi non affulerit, nuda ambulas, & ignominia plena, nec fuit qui curaret te panis obtegere, aut vestibus amicere.

Rom. 13.  
12.O. Tho. in  
cap. 13. ad  
Rom.

Amb.

3. Colof.  
3.2.Iob. 39.  
14.Greg. 19.  
mor. c. 12.

Hi panni, sive ita vestes, quarum decore, & protectione anima mundana caret, virtutes sunt. Vnde Paulus: Induite vos sicut electi Dei sancti, & dilecti, vestra, misericordia, benignitas, humilitatem, modestiam, patientiam. Apertum est autem, quod non nisi vestes induimus, & illis ad honestatē, & fomentū circumdamur. Et innocens Iob de istis indumentis gloriat, dices: Injustitia induitus sum, & vestiū me sicut vestimento, & diademate iudicio meo. ] Innocentia, & anima puritatē iudicium suum vocas, quia sicut vestimento ex omni parte circumdamur, ita ille (vt ait Greg.)

iustitia vestiebat, quia se vndeque bono opere protegebat, & nullā partē actionis suæ peccata nudam relinquebat. Pulchrę profectō vestes, quibus primus parens noster Adam ē manibus sui creatoris exiuit induitus. Præclarè enim dixit Bernardus: Vide mihi video, dilectissimi, quatuor virtutibus his amictum primum horinē, ab ipso suæ creationis exordio, & [vt propheta meminit] vestimento talutis induitum.]

Per quatuor autem virtutes, misericordiam, & veritatem, iustitiam & pacem intelligit. De quibus regius vates concinuit: Misericordia & veritas obuiuant sibi, iustitia, & pax osculata sunt.] Istum amictum, istam splēdidam vestem, istam stolam nuptialē, virtutem scilicet, & innocentiam dederat illi Deus, quam vtiā nō inobedientia fædasset, peccato dilacerasset, incuria perdidisset, quia ea nūc nos operiremur, & tamquam quibusdā armis lucis ab aduersarij protegereumur incurrib⁹. Decorē vestes, quas Saluator noster suo ascello imponi præcepit, vt his operimentis adornatus, sibi vesture exhiberet obsequia. In Scripturis diuinis (inquit Ambrosius) plerumque vestimenta virtutes sunt, quæ gentium duritiam in aliquantulum propria quoque virtute mollierent, vt inoffensa vesture felicis obsequia Christo Domino, sedulis affectibus exhiberent. ] Has tu vestes, ò anima mea, tibi compara, hæc indumenta habere procula, vt appareas sp̄fia Dei tui in vestitu deaurato, circūdata varietate. ] Hic namq; vestitus, hæc operimenta varietate contexta, non corporalia, sed spiritualia sunt, non corporeis oculis aspiciuntur, sed oculis mētis videntur, non corpus operiunt, sed mētem, partem vtiq; nostri preciosioris amicitiæ. Quod in hæc verba testatur Basilius. Quin & simbriæ aureæ, quibus tota est circumamicta anima talis, & variegata, vtiq; in intimis sunt reposita. Nec tu quidquam queras in externo isto auro, aut variegato corporis amictu, magis cultum quemadmihi huc insinuari intellige, qui dignus sit cohonestare, ac redimere hominem, qui ad sui conditoris imaginem creatus est. iuxta verbum Apostoli: Exuti veterem hominem, & induit nouum, qui renouatur ad agnitionem secundum imaginem sui conditoris. Et qui induit se viscerā misericordiæ, bonitatem, humilitatem, lōganitatem, mansuetudinem: talis interiori articulo redimitus est, & secundum interiorē hominem probē adornatus, & excutus.]

Virtutes itaque vestes anima sunt: Nam sicut vestis non est aliquid naturale nobiscum exoriens, (Nudus enim egressus sum de vtero matris meæ, inquit Iob, & nudus reuertar illuc) sed extrinsecus corpori adhærens: ita virtus non est cognata homini in iniquitatibus conceptio, & in peccatis in luce edito, sed Dei munere, labore nostro cooperante cōquisita. Vestis ad operiendam nuditatem, & fœendum corpus inuēta est: & virtus, vt ignominiam nostram cooperiat, data est, & vt animam defendat, & foueat. Et si illa corpus exornat, & aliquando hominis, aut statum, aut munus, aut dignitatem demonstrat: hec mente venustat, & quis sit iustus, & Dei filius conuenienter ostendit.

Sed istis vestibus animam in mundo viuentem, & mundo deditam, non operiti in illa primorum patr̄um ignominiosa nuditate adumbratum inuenio. Simul atque peccarunt, se nudos, & vestibus spoliatos esse conspiciunt, de nuditate erubescunt: quia statim hostem, cui subdi ingēs infamia est (vt notat Augustinus) scilicet rebellionem carnis persentiant, & folia ficas, indicia inobedientiæ, in operimentū contexerunt. Ista vestimenta ignominia plena, nuditatem vero innocen̄ia, ac sanctitatis, nobis filiis suis, iure

A hereditario reliquerunt. Cui nuditati, vt genus humanum subueniret, tamquam insipiens, & ignorans, non innocentiam amissam, vestem quidem pulcherrimam, recuperare contendit, sed induit maledictiōnem, scilicet vestimentum, id est, vitam pessimam, innumeris peccatis cōtextam, & intravit malitia sicut aqua in interiora eius, & sicut oleū in ossibus eius.] Hæc est sicut vestimentum, quo operitur, & sicut zona, qua semper præcingitur. ] Hoc indumentum filiorum Adam mundus, ne rumpatur, nec veteras, quantum potest, conseruat: aliud verò innocentiae perdītæ, ne iterum induamus, constanter vetat. Nititur profectō conseruare illud primum nequitia vestimentum, & ita quæcumque à seculo accepisti, ô homo, falsis bonis te vestiebas, & veris, ac non perturbiis bonis te nudabant. Vide quid tibi mundi ministri dederant, & à quibus bonis te spoliarunt. Ab atavis tuis honorem, & sanguinis ingenuitatem recepiisti, quæ superbiebas; à parentibus diutias, quarum vſū & abundantia, libidine diffuebas, à seruis, & mancipiis exequita obsequia, quibus otio torpebas; à fratribus & consanguineis audaciam, quæ proximos irritabas; ab amicis adulatio[n]is verba, quæ audiens te ipsum ignorabas; à fortunis, & postfelliibus, curas, & sollicitudines, quæ cùm te totum absorberent, cœlestia, & aeterna non respiciebas. Omnes sodales & cognati tui huic desiderio intenti erāt, vt corpore bene valeres, vt auro, & gemmis ditesceres, vt honoribus, & deliciis afflueres, vt aliquam dignitatem conserueris: Nullus autē curabat, vt animo incolumis es̄, virtutibus ornaretis, & veram summamq; dignitatem, scilicet Dei amicitiam, comparares. Vicerat enim amor carnis ( vt Hugo de sancto Victore ait) reverentiam creatoris. Quid est hoc, nisi quod omnis mundus, & vniuersi affectus eius cooperiebāt te virtutis, inordinatis affectibus, peccatiōnibus, vt nūquā veterem hominē exures, & vestem ignominia nouam, & recentē custodires.

Perpende autem nunc, quam nō fueris in seculo inuolitus virtutum pannis, nec iustitiae vestimentis induitus. Ista vestes salutis in officina primum pœnitentiae sunt, in taberna contritionis venduntur. Contrito vera est, que peccatorum maculas lauat, vt his sordibus loti, indumentis pretiosissimis virtutum nos induat. Illa est, que indumenta illa pulcherrima, non corpori, sed animo adaptat, & pura, atque illibata conseruat. Quare cōgregi Bernardus. Scindamus corda nostra, dilectissimi, quatenus integra, proinde vestimenta seruemus. Vestes enim nostra virtutes sunt: Bona vestis charitas, bona vestis obedientia est. Beatus, qui custodit vestimenta hæc, vt non ambulet nudus. Denique, beati quorum recta sunt peccata. ] Etenim charitas operit multitudinem peccatorum. ] Scindamus corda, vt hæc vestimenta integra seruemus, quemadmodum integra seruata est tunica Saluatoris.]

E Si autem in seculo mentis compunctionem non habuisti, quia aqua non es lotus in salutē: quid mirū si non fueris virtutum pannis cooperatus, nec pretioso bonorum habituum indumento coniectus? Sed si forte aliquando in pœnitentia officinam ingressus es, & vi lachrymarum perfulus, contractas peccatorum maculas diluisti, & benignitate Domini fusi stola gratia, ac virtutum indumentis ornatus, quis cogitare sufficiat, quanta sollicitudine mundus te iterum exuat, & spoliat, & hæc vestimenta salutis abrumpt? Si abstinenz volebas, & cibo, ac potu moderare vti, vt motus carnis compimeres, & praua desideria refrænare, statim offert coniuia, & epulus cognitorum, quibus

Psa. 108.  
18.

Hugo. lib.  
3. de va-  
nit. mun-  
di.

Ber. ser. z.  
quadra-  
gesi.

Psal. 31.

1. Petr. 4.

8.

Bern. ser.  
1. de an-  
nunt.

Psal. 84.  
11.

Ambr. 9.  
in Luci-  
c. 1.

Psal. 44.  
10.

Basili. in  
Psal. 44.

Colos. 3.  
10.

Iob. 1. 31.

Aug. 12.  
de ciuit.  
Dei c. 13.  
tom. 5. &  
lib. 11. de  
gen. ad lit.  
c. 1. tom.  
3.

inuitantibus, & rogantibus, agrestis hominis esset non condescendere, & si connueas, difficile admodum est gula, & ventri non indulgere. Si pudicitia ac castitatis munditatem optabas, ingerit oculis puerarum formas, mulierum pulchritudinem, quam vides, quam cogitatione volvas, cuius igne emolitus in prava desideria dissoluiat, & telo illicita delectationis confixus interreas. Si charitatis iura seruare decreuerat, & nihil Deo ingratus, aut proximo aduersum committere sollicititudinem ventis conceptum ignem extingue curat, & malorum iniurias tibi illatis à proximorum amore seiuengere: patientiam rebus aduersis impedit, iustitiam amore rerum terrenarum impugnat, & breuiter, quamcumque virtutem uti oppositi vitij, & magnitudine occasionum elidit.

Sed orationis, aut sanctæ lectionis praesidio voluntati tuam mentem manire, & ad cōcepta desideria reuocare, tunc negat locum quietum, & sequestratum, in quo deberes lectioni, aut oratione vacare. Vel saltem tot impuris cogitationibus, tot vanis recordationibus, tot superfluis rerum agēdarum curis animam turbat, vt suauitatem nullā, & vix aliquem fructum ex occupatione tam vtili valeas percipere.

Tandem, tam difficile est in seculo vestem innocentiae, & virtutis seruare, quām inter flamas ignis non vti, inter animalia venenata non infici, inter cuaneos hostium inemem non laudi, & in mediis fluctibus, & maris levigatis procellis nullum motum, neq; agitationem sentire. Quis enim (vt inquit Ambrosius) inter tot passiones huius corporis, inter tantas illecebras huius seculi, etutum atq; intemeratum seruare potest vestigium? Respxit oculus, & sensum mentis euerit, audiuit auris, & intentionem inflexit, inhalavit odor, & cogitationem impediuit, os libauit, & crimen reddidit: tactus cōtigit, & ignem adoleuit. Intrauit mors per fenestrās (dixit Propheta,) Fenestra tua est oculus tuus; si videris mulierem ad concupiscendum, intrauit mors; si audias sermones meretricis, intrauit mors; si luxuria sensus tuos capiat, penetrauit mors.] Simile omnino scriptis Bernardus. Mundus (ait) circumcinctus, & oblitus me vnde, & per quinque portas, videlicet per quinque corporis sensus, scilicet, visum, auditum, gustum, odoratum, & tactū sagittis suis me vulnerat, & mors intrat per fenestrās meas in animam meam. Respicit oculus, & mentis sensus auertit; audit auris, & intentionem cordis inflebit; odoratus cogitationem impedit; loquitur, & fallit, per tactū ardor libidinis pro aliqua parua occasione excitatur, & nisi illuc respuat, subito totum corpus occupat, vrit, & incendit. Primo carnem cogitatione modicum titillat, deinde delectatione turpi mentem maculat, & ad extremum per consensum prauitatis sibi mentem subiugat.

Vides ergo, ô homo, quām difficile sit in seculo, non dico iā pānis virtutum inuolui: sed hos pānos (si aliquādo eos cōparasti) non perdere & integros, atque illibatos seruare: sicut enim infantes recenter nati, & in terra proiekti, soliq; & sine custodia relitti, mille exponuntur periculis, non solum, vt bestia aliqua eoru pānos discerpat, sed vt canis illos mordet, sus laceret, aut equus conculceret: ita & tu iactatus super faciem mudi huius expositus eras, vt tria, qua numerat Apostolus Ioannes te mundi mala disperderent, nempe, vt cōcupiscentia carnis proclineret, cōcupiscentia oculorum disrumperet, & superbia vite contereret. Paratus eras, nō quidem, vt te pia nutrix, congregatio bonorum atolleret, quā infantuli imbecilitate sapientiæ lācte, & piarū actione-

A num micis educaret, sed vt mulier illa circundata purpura & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, quā (auctore Richardo Victoriensi) est multitudine malorum, suo gremio suscipere & poculo aureo pleno abominationis, & immunditia fornicationis, te potaret, quo inebriatuſ, neque tuam nuditatem, & paupertatem agnosceres, neque iniquitatum præcipita timeres. Non habuisti ergo in terra Chanaan, in mundo patria tua, neque qui te sale sapientiæ saliret, nec qui pannis virtutum, & bonarum actionum obuolueret.

*Apoc. 17.  
Richar.  
in Apoc.e.  
9.*

*Quām sit homo praesidius ad bonum  
destitutus in seculo.*

C A P V T I X.

**E**X his quām diximus satis aperte conspicitur quām sit homo in seculo omnibus adiumentis ad bene, sancteque viuedum desertus, ac destitutus. Licet enim multa auxilia ad studiosam vitam secedam percipiāt, vt sunt sacramenta, exhortationes ministrorum Dei, inspirationes internæ, exempla aliquorum bonorum, qui tamquam lucernæ ardentes lucent in caliginoso loco, & alia huius generis: tamen hæc non mundus suppeditat, sed Deus misericordia commotus offert mundo, ne funditus pereat. Vide Augustinus opimè. Malum desertum (& quidem de mundo loquitor) horribile, & timendum, & tamen Deus misericordia est nostri, & fecit nobis viam in deserto, ipsum Dominum nostrum Iesum Christum, & fecit nobis consolationem in deserto mittendo ad nos predicatores verbi sui, & dedit nobis aquam in deserto, implens Spiritu sancto prædicatores suos, vt fieret in eis fons aquæ salientis in vitam aeternam. Et ecce habemus hic omnia, sed non sunt de deserto: Ergo proprietatem deserti prius cōmandauit Psalmus, vt & cum audies, in quo malo es, si quas hic habere posses cōsolationes, vel sociorū, vel viae, vel aquæ, nō tribueres deserto, sed illi qui te visitare dignat<sup>9</sup> est in deserto.]

*Aug. in  
Psal. 62.  
hom. 8.*

**C**D Intrauit mors per fenestrās (dixit Propheta,) Fenestra tua est oculus tuus; si videris mulierem ad concupiscendum, intrauit mors; si audias sermones meretricis, intrauit mors; si luxuria sensus tuos capiat, penetrauit mors.] Simile omnino scriptis Bernardus. Mundus (ait) circumcinctus, & oblitus me vnde, & per quinque portas, videlicet per quinque corporis sensus, scilicet, visum, auditum, gustum, odoratum, & tactū sagittis suis me vulnerat, & mors intrat per fenestrās meas in animam meam. Respicit oculus, & mentis sensus auertit; audit auris, & intentionem cordis inflebit; odoratus cogitationem impedit; loquitur, & fallit, per tactū ardor libidinis pro aliqua parua occasione excitatur, & nisi illuc respuat, subito totum corpus occupat, vrit, & incendit. Primo carnem cogitatione modicum titillat, deinde delectatione turpi mentem maculat, & ad extremum per consensum prauitatis sibi mentem subiugat.

**D**E Vides ergo, ô homo, quām difficile sit in seculo, non dico iā pānis virtutum inuolui: sed hos pānos (si aliquādo eos cōparasti) non perdere & integros, atque illibatos seruare: sicut enim infantes recenter nati, & in terra proiekti, soliq; & sine custodia relitti, mille exponuntur periculis, non solum, vt bestia aliqua eoru pānos discerpat, sed vt canis illos mordet, sus laceret, aut equus conculceret: ita & tu iactatus super faciem mudi huius expositus eras, vt tria, qua numerat Apostolus Ioannes te mundi mala disperderent, nempe, vt cōcupiscentia carnis proclineret, cōcupiscentia oculorum disrumperet, & superbia vite contereret. Paratus eras, nō quidem, vt te pia nutrix, congregatio bonorum atolleret, quā infantuli imbecilitate sapientiæ lācte, & piarū actione-

*Hebre. 4.  
12.*

*Sap. 2.12.*